





1630.

1. Bemeggerus, Matthaeus : De principe ejusque officio
2. Carpzovius, Christianus : Tres controverti positiones
3. Lanzadi, Joachimus : De retorsione contra verbales  
signas hodie paucim usurpata
4. Denkwerth, Thoeretus : De annis certibus  
emphione comparatio
5. Erhardus, Melchior : De querela inofficiorum  
testamentorum
6. Kölffel, Daniel : De peregrinacione studiorum  
ann. Oratio
7. Lucanorus, Georgius David : De obligationum ac con-  
trae speccibus IV ; in delicto emphione - vendi-  
tione, locutione - inductione, societate et mandato
8. Nicalaij, Thoeretus : De foro competenti seculari et  
ecclesiastico

1631

1. Pluker, Joachimus : De testamentis ordinandis

1631.

2. Degrinck, Trauers: De pignoribus et hypothecis  
annexorum iure prouulacionis
3. Hünener, Adams: De restituzione amputacionia  
ex interdicto unde vis
4. Langenbeck, Henricus: De cessione actionum
5. Locamorus, Georgius David: De iure conuictiorum
6. Locamorus, Georgius David: De famosis libellis
7. Locamorus, Georgius David: De Transactionibus

1632

1. Antschian, Caspian: De querela non numeratae  
pecuniae.
2. Cancler, Georgius: De collationibus bonorum.
3. Caunerius, Terentius: De appellationibus.
4. Locamorus, Georgius David: De iuri iurandi et iuris decisorio
5. Tabor, Iohannes Otto: De officio iudicis

1633.

1. Locamorus, Georgius David: De cessione venditione

1633

2. Locamius, Georgius David: De pactis.  
3. Locamius, Georgius David: De prorogatione iuris dictiorum.

1634

1. Locamius, Georgius David: De mutatis.  
2. Laubbach, Zacharias: Selectae aliquot conclusiones ex materia renuntiationum.  
3. Krieg, Thomas. Historicus: Ne legit C. Scherck petit.

1635

1. Bitschius, Casperus: De correctione fendi.  
2. Locamius, Georgius David: De contractibus innovatis.  
3. Tabor, Ioh. Otto: Procedi coram sine animo malorum iuri nucleatorum. Disputatio I.  
4. Tabor, Ioh. Otto: Ne rerum divisione et acquisitione carum dominio.

1636.

1. Friderici, Paulus : De creditorum concurre, qua  
litate et conocatione

2. Fritsch, Iohannes : De fructibus legatorum et filii-  
commisorum.

3. Lorimarus, Georgius David : De acquirenda vel  
omittenda honestate

4. Taber, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad facultatem parabolorum Wessenbeccii intellectum  
directarum disputatio II

5. Taber, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad facultatem parabolorum Wessenbeccii intellectum  
directarum disputatio I.

6. Taber, Iohannes Otto : Parabola ad 1. Fuliam magista-  
ris

1637.

7. Bicerius, Gregorius : De iuridum institutione

1637

2. Riccius, Gregorius: *Commentationis ad locum iuri  
in l. possideri 3 & ex contrario 5 ff. De acquis  
et am. uend. possess. pars prior.*
3. Felzer, Maginus: *Commentatio ad locum . . . 13 c.  
partit. ex iure.*
4. Hoffmann, Philippus Ludovicus: *Circa fundum primitum  
vel amissum agoratus, ostenditur.*
5. Locamensis, Georgius David: *De legatis et fidelicom  
missis*
6. Mullinger, Ernestus Tritterus: *De iure praeceden-  
tiae, praeminentiae et sessionis praerogativa*
7. Rebhan, Johannes: *De cumulatione petitorii et  
possessoris*
8. Tafn, Johannes vho: *Selectarum iuris questionum  
ad factiorum passim florum Wenzelbeccii intellectuum  
declararum disputatio VIII*

1637.

9. Tabor, Iohannes Otto : Testamentariorum questionum decisiones.  
10. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum et  
faciliorem paratissorum Wernbectii intellectum directarum  
disputatio IV.
11. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad faciliorem paratissorum Wernbectii intellectum  
directarum disputatio V.
12. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad faciliorem paratissorum Wernbectii intellectum directarum  
disputatio VI.
13. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad faciliorem paratissorum Wernbectii intellectum directarum  
disputatio VII.
14. Tabor, Iohannes Otto : Selectarum iuris questionum  
ad faciliorem paratissorum Wernbectii intellectum  
directarum disputatio VIII et his 6<sup>o</sup> postulando

15. Tabv, Thamus vlo : electarum iuris questionum  
ad facultatem parallelorum Rosenbuci intellectum  
electarum disputatio V

universitas manu scripta : est etiam  
interioribus, invenitur, et exterioribus, non  
sunt, quae sunt.

Tibet, sicut, etiam, Tibetum, pars, pars, non  
ad partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,

Tibet, sicut, etiam, Tibetum, pars, pars, pars,  
ad partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,

Tibet, sicut, etiam, Tibetum, pars, pars, pars,  
ad partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,

Tibet, sicut, etiam, Tibetum, pars, pars, pars,  
ad partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,

Tibet, sicut, etiam, Tibetum, pars, pars, pars,  
ad partem, pars, pars, pars, pars, pars, pars,  
pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars, pars,









DEO TER OPT. MAX. 515.

ADIUVENTE, 1630. 5.

*Disputationem Inauguralem*

*De*

# QUERELA INOFFICIOSI TE- STAMENTI, 2u

Decreto

*Magnifici JC<sup>torum</sup> in inclyta Argentoraten-  
sium Universitate Ordinis,*

Pro summis in utroque Jure honoribus & Pri-  
vilegiis Doctoralibus ritè consequendis,  
*Publica disquisitioni subycit*

Die 9. Mens. Julij:

MELCHIOR ERHARDUS AUGUSTANUS.



ARGENTORATI.

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLASERI,  
Academia Typographi.

VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSI-  
MIS, AMPLISSIMIS ET CONSUL-  
TISSIMIS

DN. PHILIPPO HEINHOERO, Patricio  
Augustano, Celsissimorum Ducum Pome-  
ranie & Luneburgensium Consiliario gra-  
vissimo.

DN. DANIELI OESINGERO, J.U.D. & apud  
Argentoratenses Causarum Patrono cele-  
berrimo.

DN. JOSIAE GLASERO, Inlyta Reipub. Ar-  
gentoratensis Quindecim-Virorum Consi-  
liario Prudentissimo.

Dominis suis Patronis, Evergetis & Fau-  
toribus omni observantiae & amoris cultu  
eternum prosequendis,

Disputationem hanc Inauguralem, in grati animi, obbe-  
neficia affatim exhibita, debitaeque observantiae mo-  
numentum, ac ulterioris favoris promerendi  
incitamentum,  
exhibit & consecrat

Auctor,

MELCHIOR ERHARDUS  
AUGUSTANUS.



Σὺν Θεῷ  
DE QUERELA INOFFICIOSI  
TESTAMENTI.

*Thesis Prima.*

 Um interdum evenire soleat, ut Parentes sine justa causâ Liberos exheredent & sanguini suo contra Legem Naturæ, quæ ad successionem Liberos vocat, testamento injuriam inferant, querelâ inofficiosi Testamenti agi posse inductum est.

II.

Dicitur hæc quandoque Actio, quandoque Accusatio, communiter verò & modeſtius Querela.

III.

Quæ sic definiri potest, ut sit Actio, quæ Testamentum ob exhereditationem vel præteritionem immeritò factā rescindi petitur.

IV.

Ubis se statim ingens inter Dd. offert pugna; quibusdam (Accursio præsertim, & Bartolo, itemque Azone) contendentibus, Querelâ Inofficiosi non esse hereditatis petitionem,

sed saltem Actionem Præparatoriam petitio-  
nis hereditatis: quod & ipsum Sichardo in-  
credibile videtur, qui ne Actionis quidem  
nomine Inofficiosi querelam dignatur.

v.

A quibus ego recedo, fretus rationibus ma-  
gni nominis JC<sup>torum</sup>, ut Fulgosij, Hotomanni,  
Cujaccij, Vulteij, Wesenbecij, & aliorum;  
qui omnes probant, esse revera hanc Quere-  
lam petitionem hereditatis, de quorum ratio-  
nibus in discursu videbimus.

VI.

Quod tamen de hereditatis petitione spe-  
ciali seu extraordinariâ intelligendum.

VII.

Nec levior est pugna quoad causam effici-  
entem Querelæ Inofficiosi Testamenti.

VIII.

Cujacius, & qui eum sequitur Forsterus,  
Wesenbechius, Treutlerus, originem ejus Juri  
Civilis scripto tribuunt.

IX.

Camillus Plautius, Juri Prætorio adscribit.

X.

Viglius, & qui eum sequitur Vulteius, ab  
utroque Jure tam Civili quam Prætorio eam  
descendere existimant.

XI.

XL.

577

Duarenus ex constitutionibus quibusdam  
Principum querelam hanc ortam esse scribit.

XII.

Contius interpretationi prudentum ac-  
ceptam eam fert.

XIII.

A quibus recedo: Originem hujus Quere-  
læ, cum Hotomanno, Hortensio, Donello,  
ipsiusque enucleatore Hilligero Juri Civili  
non scripto sive moribus adscribens.

XIV.

Competit autem hæc Querela, vel in Li-  
nea Descendentis, vel Ascendentis, vel Colla-  
terali constitutis.

XV.

In Linea descendenti competit liberis,  
utriusque sexus quando injuste à Parentibus  
sunt exhereditati.

XVI.

Tamem emancipatis quam in potestate con-  
stitutis.

XVII.

Posthumis quoque de Jure Veteri Quere-  
lam competere, cū Vulteo, Barone, Schnei-  
devv. Wesenb. Præceptore quoque meo Dn.  
Ungepauero, statuo; quam opinionem Julius  
Clarus communem dicit.

XVIII.

Competit præterea Liberis tām Naturalibus & Legitimis simūl, quām Legitimis tantum, ut adoptatis, & quidem illis qui ab Avo Paterno vel Materno, non autem ab Extraneo adoptati sunt.

XIX.

Et Naturalibus tantum in testamento Matris læsis.

XX.

Quò etiam spurium referre non dubito; si non ex nefario complexu sit natus, vel Mater illustris sit.

XXI.

Nec minùs competit querela Naturalibus Legitimatis, tām per subsequentem affectum Maritalem, quām alias legitimandi modos.

XXII.

Lubet hīc annexere quæstionem illam, quā Joannes Antonius Rubeus Alexandrinus JC<sup>tas</sup> arduā & subtilem vocat; An nimirum stante statuto, quòd filia dotata extantibus masculis non succedat, si silentio prætereatur, testamentum nullum dicere, vel professionem contra tabulas adquirere possit? Quod mihi videtur.

XXIII.

## XXIII.

Transeo nunc ad Lineam Ascendentem; in qua se offerunt Parentes, in infinitum: nam & his quoque, si inique in testamentis libero-rum excludantur, querela competit.

## XXIV.

Ubi rursum liberi intelligendi non in po-testate solum constituti, sed & emancipati.

## XXV.

Si verò liberi testentur de bonis Castrensi-bus vel quasi Castrensi-bus, ejusmodi testa-menta querelæ non subjacent: quod tamen Jure Novellarum correctum videtur.

## XXVI.

Porrò Mater de filij spurij testamento con-queri poterit; non &què Pater.

## XXVII.

Notandum tamen hæc omnia tūm de-mum locum habere, si ab intestato tan-quam proximi heredes successuri fuissent.

## XXVIII.

Hinc in L. 14. D. de Inoff. Testam. rectè di-citur in querela inofficiosi Testamenti, præ-sedere causam filiorum, Patris verò inten-tionem pendere.

## XXIX.

Tertiò in Linea collaterali Querela Inof-ficiosi

fiosi Testamenti competit fratribus & sororibus, & quidem cōsanguineis tantūm, hoc est, qui vel ἀμφιθαλῆς, ex utroque parente, vel ἵποθαλῆς altero parente, vel ex eodem patre conjuncti sunt: non verò uterini tantūm, ut vult Cardinalis Tuschus, Connarus, &c. alij.

xxx.

Quæritur hīc de fratri filio, num & ille querelam movere possit? Quod contra Wessenbecium rectius negatur à Vulteio.

xxxI.

Sed sciendum, quod de fratribus & sororibus dictum est, tūm demūm locum habere, quando heres institutus Infamiā, Turpitudine, levis notæ maculā, aut ingratitudine laborat.

xxxII.

Ubi de Spurio non abs re erit quærendum, Si nimirum ille in fratri Testamento heres institutus sit, an fratri detur querela.

xxxIII.

Quā in re dissentientes sunt Dd. opiniones, Negante Gabriele Palæot. Distinguenteribus Hartm. Pistor. Hœnon. & alijs.

xxxIV.

Prægnantes rationes, de quibus in conflitu, affirmativam mihi commendant.

Remo-

xxxv.

Remotiores cognati ultra fratres & sorores, melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinendi spem non habent, monet JC<sup>rus</sup> Ulpianus.

xxxvi.

Sed quid? si concurrant prædictæ Personæ, Liberi, Parentes, Fratres? Tunc eo ordine succendent, quo ab Intestato.

xxxvii.

Si verò priores deficiant, vel nolint, sequentes suo quisque ordine & gradu succedunt.

xxxviii.

Denique competit querela Heredibus, suis quidem indistinctè; extraneis verò non nisi præparata.

xxxix.

Ubi queritur, Num querela, si Transactione finita sit, ab heredibus instaurari possit? quod negandum puto.

xl.

Ethæc hactenus de Personis, quibus querela competit. Dispiciendum nunc adversus quos competit.

xli.

Datur autem adversus heredem, nec il-

B

lum solum sed etiam Heredem heredis.

XLII.

Cujuscunque ille sit conditionis , adeo  
ut ne Imperator quidem à querela hâc im-  
munis sit.

XLIII.

Imò etiamsi Deus, ut Baldus loquitur,  
institutus esset, non tamen tale testamentum  
à querela foret immune.

XLIV.

Quid de herede fideicommissario dicen-  
dum ? Etiam contra hunc querelam dari,  
certi juris est.

XLV.

Ut & contra alios quoslibet Universales  
successores, veluti Fiscum &c. Nam con-  
tra Particulares , ut Legatarium , non datur  
hoc universale judicium.

XLVI.

Quod tamen omne ita intelligendum  
est, si hereditas adita sit: quia ante aditam he-  
reditatem querela non nascitur.

XLVII.

Sunt autem circa proponendam quere-  
lam Inofficiosi Testamenti tria præcipue  
consideranda.

XLVIII.

520

XLVIII.

Quorum primum, ut querela hoc colore proponatur, quasi Testator non sanæ mentis fuerit, cum Testamentum conderet.

XLIX.

Dico hoc colore, non quod revera furiosus sit, hoc enim casu Testamentum ipso Jure nullum esset, nec rescissione indigeret; sed fingitur esse talis, optimâ sanè ratione.

L.

Sed quæritur, an etiam hodiè hoc colore opus sit? Quod negat quidem Bartolus, quem sequitur Schneidevv. Verùm ab illis, cum Barone, Viglio & Mynsingero recedo.

LI.

Secundò considerandum, ut Querela proponatur in eâ provinciâ, ubi heredes domiciliū habent.

LII.

Fiscus tamen coram Procuratore Cæsaris conveniri debet.

LIII.

Tertiò denique, ut intra quinquennium ab aditâ hereditate Querela proponatur.

LIV.

Sit tamen ex magnâ causâ intra quinquen-

B 2 nium

nium actum non sit, hoc casu etiam post  
quinquennium Querelæ locus est.

LV.

Sed circa proponendam hanc querelam  
non immerito quæritur, cui probatio incum-  
bat, Actorian verò Heredi?

LVI.

Ubis sciendum, quod olim agens querelâ,  
probare tenebatur, se immerito esse exhere-  
datum ut Glossa & Bartolus docet, Hoc ta-  
men hodiè correctum, onusque probandi in-  
differenter in heredem translatum esse, ex  
haud obscuris Juris textibus probari potest.

LVII.

Non possum non, priusquam ad alia ac-  
cedam, attingere quæstionem quandam con-  
troversam inter Dd. cum enim supra dictum  
sit, causam exhereditationis in Testamento es-  
se exprimendam, earum autem 14. in Novel-  
la. 115. recenseantur, quærunt Dd. An præter  
illas causas similes vel majores sint admit-  
tendæ?

LVIII.

Mihi cum Jasone, Schrad. Sichardo, Fa-  
chinæo, Gomèzio, Wesenbecio affirmativa,  
ut pote teste Julio Claro communis & verior  
senten-

521

fententia placet, Quicquid contra statuant,  
Viglius, Vulteius, Treutlerus, & alij.

LIX.

Finis Querelæ est, ut parentes & liberi  
testamentariâ contumeliâ liberati, debitam  
hereditatem consequantur.

LX.

Effectus est duplex, alius Judicii absolu-  
torij, condemnatorij alius.

LXI.

Absolutorij, quando agens Querelâ non  
obtinuit, perdit etiam id, quod ei in Testa-  
mento relictum erat, illudque tanquam indi-  
gno ablatum fisco vindicatur.

LXII.

Condemnatorij, quando obtinuit, in-  
testatum facit testatorem, & Testamentum  
rescinditur.

LXIII.

Et sciendum, quòd olim quidem in to-  
tum rescindebatur, adeò ut ne quidem liber-  
tates vel fideicomissa ex eo peti poterant.  
Hodiè verò rescindatur tantùm quoad Insti-  
tutionem, reliquis articulis salvis manen-  
tibus.

LXIV.

Tollitur denique Querela varijs mo-

B 5

dis, Primò Repudiatione vel Renunciatione;  
cum Juri quilibet & favori pro se introducto  
renunciare possit.

LXV.

Secundò Judicij defuncti agnitione: quod  
tum fit, si in ejus testamento sibi relictum di-  
rectè vel indirectè petiit Iesus; vel patroci-  
nium præstet his, qui agunt ex illo testamen-  
to ad legata præstanta.

LXVI.

Quod tamen de illis est intelligendum,  
qui voluntariò hoc faciunt, non etiam ex-  
tendendum ad illos, quos officii necessitas ex-  
cusat, ut Tutores & Curatores. &c.

LXVII.

Tertiò Tempore, ut si intra quinquen-  
nium Querela, non instituatur, illi tacite re-  
nunciatum esse censeatur. In istud tamen  
quinquennium Adolescentiæ tempus non  
imputatur.

LXVIII.

Quarto morte ejus, qui Querelâ non  
præparatâ decepsit, hoc enim casu constare  
nō potest, quæ fuerit voluntas ejus, cui Quere-  
la competit, an nimirū eam movere voluerit,  
an exemplo Aphroniæ illius, apud Valerium  
testa-

testamentum Parentis patientiâ honorare,  
quàm Judicio convellere sanctius duxerit.

LXIX.

Ubi tamen ex Connano monendum, in  
dubio pro testamento interpretationem fa-  
ciendam esse.

LXX.

Quintò denique, legitimâ totâ vel par-  
te ejus relictâ, Quærela inofficiosi testamen-  
ti tollitur.

Atque hæc de proposita Materia: R eliqua ut  
inquit quidam Poëtarum:

*—spatiis exclusus inquis  
Pratereo, atq; aliis post me memoranda re-  
linquo.*

DEO TER. OPT. MAX. SIT LAUS, HO-  
nor & gratiarum actio in sempit-  
terna secula.

F I N I S.

Leibnizianus Petrus beschenkt Polonius  
durch [unintelligible] geschenkt (magis duximus)

LXIX

Die ersten ex Commodo monendum in

tempore regni suo officiis et  
genesim.

Quinque annis post mortem loco vel ipsi  
eius locis officiis et servitio et  
ceteris suis.

Ad hanc obitum etiam R. filius in  
tempore regni eiusdem.

Quod est obitum eiusdem anno  
etiam eis locis officiis et servitio et  
ceteris suis.

Deo gratias maxime sit laus ho  
mini et servitio et ceteris suis.

H I N I

X 2615926

Vd.17.





# Farbkarte #13



TER OPT. MAX.  
ADIUVANTE, 1630. 5.

*ationem Inauguralem,*  
*De*  
**E R E L A**  
**F I C I O S I T E -**  
**T A M E N T I ,**

*Decreto*  
*in inclyta Argentoraten-*  
*& Universitate Ordinus,*  
*introque Jure honoribus & Pri-*  
*ctoralibus ritè consequendis,*  
*& disquisitioni subycit*  
*Die 9. Mens. Julij:*

**ERHARDUS AUGUSTANUS.**



*G E N T O R A T I .*  
**M I C H R I S T I A N I G L A S E R I ,**  
*emiae Typographi.*